

PERIODICUM SINGULIS MENSIBUS LATINE EDITUM

# AUXILIUM LATINUM

LATIN AID

A. P. S. L.

ALBERT E. WARSLEY, A. M., Litt. D.; EDITOR and PRESIDENT

VOL. IV

NOVEMBER 1932

NO. 2



10c

SINGILLATIM

75c

PER ANNUM

SIMPLIFIED PRESS, Pubs., Box 54, P. O. Station "S", BROOKLYN, N. Y.  
Copyright 1932, by the SIMPLIFIED PRESS. Printed in U. S. A.

## Verba Pedifollialia

(In duabus Partibus)

Ignatius Koenig, A. M.  
Covington, Kentucky

- Backfield—secunda acies, ei, F.
- A bad pass—iactus male directus
- Bench—scamnum, i, N.
- To break through line—aciem perfrango, 3, -egi, -actus
- To blow whistle—fistulo, 1
- Bucket—hydria, ae, F.
- Captain—praefectus, i, M.
- To catch—excipio, 3, -cepi, -tus
- To circle end—extremum evito, 1
- A down—mora, ae, F.
- Downed—labefactus, a, um
- To fail at tackle—apud obstructorem deficio, 3, -feci, -fectus
- First down—deni passus
- First half—primum medium, i, N.
- First period—prima periodus, i, F.
- First quarter—primus quadrans, antis, M.
- Forward pass—iactus directus, i, M.
- To fumble—praetermitto, 3
- To gain a yard—passum nanciscor, 3, nactus
- Football—Pedifollis, is, M.
- Game—ludus, i, M.
- Goal—meta, ae, F.
- Goal line—linea, ae, F., metae
- To go around end—extremum ambio, 4, -ivi, -itus
- To go over line—lineam transeo, 4, -ivi, -itus
- Helmet—galea, ae, F.
- To hit tackle—incutio, 3, -cussi, -cussus
- To huddle—congregior, 3, gressus
- To intercept a pass—iactum interceptio, 3, -cepi, -ceptus
- A kick—calcitratus, us, M.
- To kick—calcitro, 1
- To knock down ball—follem dejicio, 3
- Lateral pass—iactus lateralis
- To leave game—ludum relinquo, 3, -liqui, -lictus
- Line—acies, ei, F.
- Lineup—ordo collocationis

(Finiatur in numero insequenti)

## VOX AMICORUM

"The October 'Auxilium Latinum' has just come to hand and I greatly enjoyed it. I find it of great help in stimulating interest in the study and teaching of Latin." Prof. Wren Jones Grinstead, Univ. of Penn., Phila., Pa.

"Please send me your 'Auxilium Latinum'—the present generation's most laudable effort in cause of Latinity!" A. H. Amy, Jersey, Channel Islands.

"The October 'Auxilium Latinum' most intriguing—both as to matter and format! It threatens to resurrect Latin from the grave of the dead languages!" L. M. Corcoran, Sacred Heart Convent, Detroit, Mich.


"Iucundum multis est 'Auxilium Latinum' accipere tamquam comitem instructum pro omnibus." Rev. John A. Lynch, Rochester, N. Y.

"I consider the present form of 'Auxilium Latinum' most pleasing." Elizabeth Anderson, Phila., Pa.

"I write for my Senior classmates and our Teacher in thanking Dr. Warsley for 'Latin Scanning Simplified' booklets that enabled us to learn this phase of Latin in record time." Geraldine Alter, Evanston, Ill.

"Due to present times, teachers must economize but I must resubscribe to 'Auxilium Latinum,' my and my classes' favorite." Edith Jackson, West Chester, Penn.

"The 'Auxilium Latinum' is as fine a little magazine as I've seen, containing a variety of features." Lowell Thomas during his Radio Sunoco Broadcast, Oct. 13, 1932.

AUXILIUM  
LATINLATINUM  
AID

SIMPLIFIED PRESS, Pubs. BOX 54, P. O. STATION "S", BROOKLYN, N. Y.  
Official Organ ASSOCIATION for PROMOTION of STUDY of LATIN

(A. P. S. L.)

(Membership Certificate granted to each Subscriber)

MANAGING EDITOR: ALBERT E. WARSLEY, A.M.; Litt. D. (Membre d'honneur de l'Academie Latine d'Echanges Intellectuels). Kindly assisted by following Contributing Associate Editors: A. J. Beres, M. D.; Lillian B. Lawler, Ph.D.; Dr. N. R.; Julia Sabine, A.B.; Grace D. Veatch, A.M.; E. D. Daniels, Ph.D.; Theodore Laboure, O.M.I.; A.M.; E. S. Gerhard, M.A.; Gilbert F. Esser, C.P.P.S.; A.M.; Arcadius Avellanus, Ph.D. with Mr. George Pazmino as Staff Artist. Contributions from readers welcome.

VOL. IV

MENSIS NOVEMBER MCMXXXII

NUM. 2

## GLADIATOR HISPANUS

Lillian Lawler, Ph.D., Hunter College  
New York City, N. Y.

Notandum: The Romans were very fond of watching gladiatorial games - a form of amusement in which men fought in the arena against other men or wild beasts. Most of the gladiators were slaves captured in war but occasionally, when the supply ran short, criminals were used; and at times of extreme scarcity, a false charge might even send a Roman citizen to the arena. The gladiators were trained in barracks called "ludi gladiatorii."

PERSONAE: Onesimus, M. Sosius, Marcipor Sosiorum parvus servus, Balbus, Phylax gladiator, Caepio gladiator Hispanus, Servi Sosiorum et Voces Romanorum.

LOCUS: Romae, in taberna libraria (publishing shop) Sosiorum. Servi Sosiorum sedent et scribunt. Onesimus stat in medio. Intrat M. Sosius.

Sosius: Qui liber est?

Onesimus: Est Balbi—et bonus liber est.

Sosius: Id non intellego. Balbus non est vir doctus; liber autem optimus est.

Onesimus: Aliaene tabernae librariae hunc librum habent?

Sosius: Non habent, sed petunt. Debeamus properare.\*

Voces Romanorum: Heia! Heia! (Intrat Marcipor.)

Marcipor: Domine! Gladiator Hispanus e ludo gladiatorio fugit.

Sosius: Hispanusne clarus?

Marcipor: Ita—cum uno socio.

\*There were no copyright laws and a publisher had to count on rapid publication for his profit.

Sosius: Gladiatorem Hispanum in arena saepe vidi. Maximus et fortissimus est. Periculum urbis magnum est. Venite omnes mecum! (Exeunt) Voces Servorum qui exeunt: Ubi est? Quis eum vidit? (Nemo est in taberna. Magna cum cura intrat Phylax. Gladium habet.)

Phylax (Parva voce): Veni, Caepio! (Intrat Caepio. Arma habet.)

Caepio: Hic est locus. (Libros spectat. Verba a servis scripta et relicta videt.) Eho! Ecce!--"T. Anni Balbi Liber Primus--" Liber ipse est. Vah! (Gladio librum delet. Intrat Balbus.)

(Finitur in pagina insequenti)

## Gladiator Hispanus

## TRACTATIONES

## DE CURIOSITATE

Balbus: Paratusne est, Onesime, liber meus?

Caepio: Tuusne liber?

Balbus: Quid? --Tu!

Caepio: Ita. Sum ego, sum Caepio. Meumne librum petis? Ecce! Deletus est. (Balbus spectat, tum, iratus, in Caepionem se iacit. Phylax Balbumprehendit.)

Balbus: Me mitte! Vos non cognovi!

Caepio: Eho! Sum Caepio, civis Romanus, cuius autem domus in provincia Hispania erat. Tu in Hispania annum egisti. Tu me cognovisti. Tu magnam pecuniam habebas, ego nullam. Ego librum scripseram, quem tu cupiebas emere, tuum nutiare.

Balbus: Falsa dicis.

Caepio: Vera dico, ut tu scis. Tu falsa de me dixisti; me accusavisti. Ego me defendere non poteram—pecuniam non habebam. Itaque Romam servus missus sum, tu autem librum meum cepisti. Nunc clarus sum—gladiator Hispanus.

Balbus: Clamabo!

Caepio: Si clamabis, statim te necabo. Gladium ei da, Phylax. Nunc, Balbe, pugnabimus—ad mortem! (Pugnant. Tandem Balbus cadit.) Em!—Fuge, Phylax!

Phylax: Cur non tu fugis?

Caepio: Mors Balbi mihi satis est. Maneo.

Phylax: Tum tecum maneo. (Intrant Servi, Sosius, Onesimus, Marci por.)

Sosius: Quid est hoc? Gladiator Hispanus adest!

Onesimus: Et socius!

Sosius: Ecce! Balbum interfecerunt!

Omnes: Quid? Balbumne?

Sosius (Servis): Eos prehendite! Milites vocate! Gladiatorem Hispanum cepimus! (Caepionem et Phylacemprehendunt.)

Caepio (Parva voce): Nostra vita acta est, care amice.

Phylax: Bene est.

Multi sunt curiosi ad vitam alienam cognoscendam sed pauci studiosi ad suam corrigendam. Curiositas foras egreditur et omnia studiose considerat; interna vero negligit. Aliena curiose scrutantem propria ignorare turpe est.

Praestat saepius secum quam cum externis colloqui. Acrior cupiditas est ignota cognoscendi quam nota repetendi. Non multum nocebit tibi ista transire quae nec licet scire nec prodest. Quicquid enim nos meliores beatioresque facturum est in aperto est positum.

## DE LAUDE

Haud vulgare beneficium est in rebus honestis laudari; laus enim aemulationem parit; aemulatio virtutem; virtus felicitatem.

Bonum est laudari sed praestantius est esse laudabilem. Noli aliquem cito laudare aut aliquem cito vituperare. Qui se laudat, ipse sui ipsius praeconem agere videtur; qui vero se vituperat, aliorum laudes flagitat.

## DE ASSIDUITATE

Crebris ictibus quercus dejicitur; nec est ulla res actu tam ardua quam non assidua industria efficiat. Eruditionis radices sunt quidem satis amarae, fructus autem dulcissimus.

Litterarum studia per se iucunda sunt, multiplices enim voluptate curam nostram et laborem compensant. Qui in praeclaris rebus suam industriam exercet, is, vel si spem fortuna frustrat, omni laude non est excludendus.

Pudeat vos, qui Musas colitis, tardos esse et supinos; quin potius immensum pectore robur alite.

Servi: Milites! Milites! (Exeunt omnes.)

(Finis)

FABULAS LATINE INTERPRETATUS EST  
ARCADIUS AVELLANUS, PH. D.

## KING OF GOLDEN RIVER

(John Ruskin)

## REX AUREI RIVI

## CAPUT X

Quoniam tamen pridie vesperi omnem suam pecuniam ad ultimam libellam perpotaverat, nec solvendo esset, usque eo dum solvere posset, in vincula est coniectus.

Ut Hans hoc inaudivit valde est gavisus, statuitque iter ad Aureum Rivum sine mora ingredi. Id unum modo quaerebatur, quo potissimum modo aquam benedictam sibi comparare posset. Adit itaque parochum; at parochus aquam benedictam homini tam perditio impertiri plane recusavit. Postero igitur die, qui fuit Dominicus, Vesperis interesse statuit, tota sua vita primum; qua usus occasione, sub specie se aqua benedicta lustrandi, scypho pleno furto sustulit, eamque secum domum cum triumpho reportavit.

Prostridie iam ante solem surrexit, aquam benedictam lagenulae solidae infudit, duas lagenas vini, et aliquantum carnis assae cum pane quasillo imposuit, hoc autem humeris suspensum, sumptoque baculo alpino, iter iugum montis versus ingressus est.

Eo itinere e suo pago carcerem oportebat eum praeterire. Inspectando fenestras quemnam putabimus ei sub oculos cecidisse, nisi ipsum Schwartz inter clathra prospectantem, qui admodum pendens erat animi.

"Salve, mi frater!" affatur eum Hans; "quidquamne habes quod regi Aurei Rivi nuntiare velis?"

Schwartz prae furore dentibus frenabat, clathraque omnibus viribus quassabat, sed Hans tantum irridebat illum, suavitque ei ut usque eo dum ipse reverteretur iucunde laeteque tempus degeret.

(Extendetur)

## SIRE DE MALETROIT'S

## DOOR

(Robert Louis Stevenson)

OSTIUM CL. V. DE  
MALETROIT

## CAPUT II

Dionysius celeriter incedebat et mox ostium amici pulsabat; at, licet sibi promiserit parum ibi se moraturum matureque reversurum exceptus tamen tam humaniter est, totque causas ibi reperit, quare moraretur, ut iam media nox pridem praeterivisset, cum in limine valediceret. Interea ventus iterum cecidit; nox tam erat atra quam sepulcrum; nulla stellula, ne vel radiolus quidem lunae nubium moles penetrabat. Dionysius ambages angiporuum Castelli Landon vix ac ne vix quidem novit; quin et interdum viarum meatus haud facile enodare quibat; in hac autem caligine nox eum omnino deperdidit. Unum tantum sibi plane constabat—semitam sursum collem se sequi oportere; quod domus sui amici in inferiori declivitate Castelli Landon sita erat, diversorium autem superius stabat, a capite, ad radices celsae turris templi. His ductus indicibus prorsum conabatur coecutiens et caespitabundus, aura liberius hausta quoties in loca aperta perveniret, ubi coelum visui amplius pateret subinde aere spissiori secundum muros palpando iter carpebat. Status idgenus cuiuslibet viatoris anceps, mysteriique plenus existimandus est, cui in loco prope ignoto, in coecis tenebris versari contingat. Silentium infinitarum rerum possibilitum mater, terribile est. Sic ferrea fenestrarum clathra algida manui palpani aequae terrificae sunt atque attractatio bufonis.

(Extendetur)

## SACRAE HISTORIAE

## CREATION OF WORLD — 4004 B.C.

Deus creavit coelum et terram intra sex dies. Primo die lucem fecit; secundo die firmamentum, quod vocavit coelum, fecit; tertio die aquas in unum locum coegit et e terra plantas et arbores eduxit; quarto die solem et lunam et stellas fecit; quinto die aves quae in aere volitant et pisces qui in aquis natant; sexto die omnia animantia fecit, postremo hominem; et septimo die quievit.

## ADAM AND EVE

Deus corpus hominis e limo terrae finxit et illi animam viventem dedit; illud ad similitudinem Suam fecit et illum Adamum nominavit. Deinde in Adamum soporem immisit et unam ex costis eius dormientis detraxit. Ex ea formavit mulierem quam sociam Adamo dedit et sic matrimonium instituit. Nomen primae mulieris fuit Eva.

## VOCABULA MEDICINA

ALBERT J. BERES, M. D.  
Hillsdale, N. J.

Chloroformum, i, N. —chloroform

Cholera, ae, F. —cholera

Chorda, ae, F. —cord

Cibus, i, M. —food

Cicatrix, icis, F. —scar

Ciliaris, e, —ciliary

Cinereus, a, -um, —ash-colored

Cinnamomum, i, N. —cinnamon

Circularis, e —circular

Circulatio, onis, F. —circulation

Circulus, i, M. —circle

Citras, atis, M. —citrate

Claudus, a, -um —lame

Clavus, i, M. —a corn on toes

Coccyx, cygis, M. —coccyx; a group of small bones (usually four) attached to the lower part of the sacrum.

Cochlea, ae, F. —spiral cavity of the internal ear; cochlea.

(Extendetur)

## JOCULARITER

## LEO ET RANA

Leo, clamoribus ranae auditis, primum animo valde percussus est, quod crederet ingentem animantem auctorem esse tanti clamoris.

Animo sensim firmato, circumspiciebat, et contra illum clamatorem, quisquis esset, se parabat et ad pugnam accingebat.

Cum autem videt prorepentem ranam de propinquo lacu, ibi leo, simul indignatione simul etiam pudore affectus, pede illam conculcatam attrivit.

## COCHLEA

Canis, cum forte cochleam offendisset, ovum esse ratus, magno oris hiatu avidissime eam devoravit. Illis autem graviter dolentibus, exclamabat: "Ah, meritas luo stultitiae poenas, qui omnia rotunda credidi esse ova."

## CULEX ET BOS

Culex, in cornu bovis insidens canensque, illum interrogabat, numquid avoiare se vellet, ut qui forsitan colulum deprimeret. "Nihil," inquit, "interest mea, utrum maneres an avolares; ut enim non sensi accessionem tuam ita ne dicessionem quidem sensero."

## LIGNATORES QUERCUSQUE

Cum forte lignatores quercum diffinderent cuneis ex ea factis, illis dicebat: "Non me tam male habet quod securis ictibus humi prostrata iaceam, quam quod cuneis istis lacerari mihi contigit."

## ASINUS ET VULPES

Asinus, indutus leonis pelle, superbe obambulabat et reliquas bestias territabat. Huic obviam facta volpecula quae forte illius vocem audiverat: "Etiam," inquit, "ego te metuerem nisi te rudere solere scirem."

## EPAMINONDAS

(In partibus duabus)

E. S. Gerhard, A. M.  
Northeast High School  
Philadelphia, Pennsylvania

Epaminondas, filius Polymnii, clarus Thebanus imperator, vir civilium rerum peritus, regendae rei publicae scientissimus, orator non mediocri ingenio erat. Natus genere honesto, pauper autem a maioribus relictus est. Hic egregius quam Thebani suae aetatis edoctus est nam citharizare et cantare ad chordadum sonum, cantare tibiis et saltare doctus est. Fiebat autem clarus praecipue de ingeniis splendidis, artis imperatoris et rei militaris peritus.

Primo impetu in Mantineam conspectus est ubi Pelopidas, familiarissimus amicus et is socii Lacedaemoniorum erant. Eorum amicitia his stipendiis exorta est et multos annos integra remanebat. Cum Pelopidas in hoc proelio cecidit, manifeste mortuus, Epaminondas corpus eius periculo vitae defendit, potius enim moriri quam amicum suum inopem delinquere maluit. Pelopidas septem vulnera in fronte corporis acceperat et in acervum amicorum hostiumque interfectorum ceciderat.

Eius primum magnum proelium Leuctris erat, quo in proelio Pelopidas

"Sacrae Manui" praeerat quae ex trecentis iuvenibus constitit qui se a pueritia cognoverant et iuverant se victuros et una morituros esse. Cleombrotus, rex Lacedaemoniorum, pugnare noluit quod neque sibi neque causae confidebat. Ultimatum concilium praetorum quod usque ad meridiem permansit, post prandium habitum est. Lacedaemonii vino inflammati pro castris suas copias in longam aciem duodecim in latitudinem duxerant. Epaminondas quoque suos equites praemisit qui hostes repellerent. Primi ordines signis collatis pugnabant. Proelium in stationem venit, murus lapideus Thebanis se obstare videtur. "Mihi unum gradum plus date," clamavit Epaminondas, "et victoria vestra erit." Atque iterum incurrens acies progressa est tum Lacedaemonia acies lavavit et soluta est.

Epaminondas scuta hostium retinuit ut ea Thebis memoria victoriae suspenderet. Tropaeum illo in loco deis patriae positum est qui tantam calamitatem ab Boeotia averterant. Ubi circumstantes Epaminondae de victoria gratulati sunt, respondit sibi magnopere placere putare quid acre gaudium victoria patri matrique praebitura esset.

Mox postquam domum a Leuctris rediit eius inimici domi eum poenae causa cloacarium publicum creaverunt, quod summam diutius tenuisset. (Finietur in numero insequenti)

## TITURIUS TERRIBILIS

GEO. PAZMINO



## ROMAE HISTORIA

(EUTROPIUS — 365 A.D.)

## CAPUT X

Interiecto anno, contra Pyrrhum Fabricius est missus; qui prius inter legatos sollicitari non potuerat, quarta parte regni promissa. Tum, cum vicina castra ipse et rex haberent, medicus Pyrrhi ad eum nocte venit, promittens veneno Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur; quem Fabricius vinctum reduci iussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quae contra caput eius medicus spondisset. Tum rex admirans eum dixisse fertur: Ille est Fabricius, qui difficilior ab honestate, quam sol a cursu suo averti potest. Tum rex in Siciliam profectus est. Fabricius, victis Samnitibus & Lucanis, triumphavit. Consules deinde Manius Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus adversum Pyrrhum missi sunt, & Curius contra eum pugnavit; exercitum eius cecidit; ipsum Tarentum fugavit, castra cepit. Ea die caesa sunt hostium viginti tria millia. Curius Dentatus in consulatu triumphavit. Primus Romam elephantos quatuor duxit. Pyrrhus etiam a Tarento mox recessit, & apud Argos Graeciae civitatem occisus est.

Caio Fabricio Luscino, C. Claudio Cinna Consulibus, anno urbis conditae cccclxi. legati Alexandrini a Ptolemaeo missi, Romam venere, & a Romanis amicitiam, quam petierant, obtinuerunt.

Quinto Gulone, C. Fabio Pictore Consulibus, Picentes bellum commovere; & ab insequentibus Consulibus Publ. Sempronio, Appio Claudio victi sunt; & de his triumphatum est. Conditae a Romanis civitates, Arminium in Gallia, & Beneventum in Samnio.

(Extendetur)

## PAULUS REVERE

Gilbert F. Esser, C.P.P.S., A.M.,  
St. Joseph's College, Collegeville, Ind.

## (Pars secunda)


Mox autem longe ab ecclesia milites Britanniae cerni possunt. Velut mera umbra agmen hostium ad oram Sinus Bostonensis deducitur navesque ascendit. Hostes via maris proficiscuntur. Nulla interposita mora, lumen et alterum lumen extra fenestram turris exponitur.

Quae cum vidit Paulus Revere expectans in ulteriore fluvii ripa, stante pede in equum insilit ac in viam se confert. Equus equesque quasi unum quid per oppida Medfordensem et Lexingtonensem et Concordiam contendit. Omnes viae huic impavido nuntio bene notae sunt et omnes civium domus. Alios cives clamando excitat, alios pulsando ad fores. Omnes tamen monet patriam summo in periculo versari, "Veniunt," inquit, "veniunt hostes! Ad arma, omnes, ad arma!" Et citato cursu praeterit. Primo mane iter completur, equitatio memoria dignissima finitur.

Non est nostrum narrare quomodo Americani, clamore Pauli Revere excitati, in proelium irruerint, et quanta fortitudine cum ingentibus hostium copiis dimicaverint donec victoriam reportarent. Bellum ad libertatem Americae vindicandam insequeretur, septem annos perduraturum. Americani in fine vicerunt et libertatem receperunt. Nostro autem tempore hac libertate fruentes, gaudeamus insuper quod Paulus Revere noctu equitando patriam civibus servavit.

## ATTENTION

The AUXILIUM LATINUM will be mailed out on the first Saturday of each month for which it is dated. Should you fail to receive your copy within two weeks of that Saturday, kindly notify us of the fact.

Aenigma Verborum  
IN TRANSVERSUMTenth prize-winning Puzzle  
Factum a John Parpal

St. Paul's School, Binghamton, N. Y.

## Transversum

1. Opus.
5. Unus qui amat
10. Adhibeo
11. Spiritus
12. Amplus
14. Nato
16. Retineo
20. Membrum dicendi (dat)
21. Ruber esse
23. Siccus
25. Duo tempora
27. Concludere
30. Praepositio
31. Convento
32. Vescor
33. Is qui regnat (gen)
35. Mulier vetus (dat)
36. Negotium
37. Ecce!
38. Subiunctivus verbi "esse"
41. Derideo
44. Pronomen
45. Otium (gen)
46. Pronomen

## Deorsum

1. Lumen
2. Coniunctio
3. Animal
4. Ars dicendi
5. Signum quaestionis
6. Minitor
7. Adamo
8. Pronomen
9. Facies
13. Auctor Romanus
15. Adhibeo
17. Deridet
18. Vultus
19. Fortitudo
20. Amphora
22. Non amare
24. Preces dicere
26. Via
28. Non vetus
29. Non amat
31. Demisit
34. Porto
35. Signum quaestionis
37. Pronomen (acc)
39. Pronomen
40. Ei qui homines regunt
42. Hominum regnator (voc)
43. Ego (voc)

## CALENDARIUM

## MENSIS NOVEMBER

- Nov. 1st—Kalendis Novembribus  
 " 2nd—a. d. IV Nonas Nov.\*  
 " 3rd—a. d. III " "  
 " 4th—pridie " "  
 " 5th—Nonis Novembribus  
 " 6th—a. d. VIII Idus Nov.  
 " 7th—a. d. VII " "  
 " 8th—a. d. VI " "  
 " 9th—a. d. V " "  
 " 10th—a. d. IV " "  
 " 11th—a. d. III " "  
 " 12th—pridie " "  
 " 13th—Idibus Novembribus  
 " 14th—a. d. XVIII Kal. Dec.  
 " 15th—a. d. XVII " "  
 " 16th—a. d. XVI " "  
 " 17th—a. d. XV " "  
 " 18th—a. d. XIV " "  
 " 19th—a. d. XIII " "  
 " 20th—a. d. XII " "  
 " 21st—a. d. XI " "  
 " 22nd—a. d. X " "  
 " 23rd—a. d. IX " "  
 " 24th—a. d. VIII " "  
 " 25th—a. d. VII " "  
 " 26th—a. d. VI " "  
 " 27th—a. d. V " "  
 " 28th—a. d. IV " "  
 " 29th—a. d. III " "  
 " 30th—pridie " "

## Dec. 1st—Kalendis Decembribus

\*a. d. IV Nonas Novembres is an abbreviation of "ante diem quantum Nonas Novembres." So with rest.—Ed

## POEMA CALENDAE

Junius, Aprilis, Septemque, Novemque tricenos;

Unum plus reliqui; Februus tenet octo viginti;

At si bissextus fuerit, superadditur unus.

Tu primam mensis lucem dic esse kalendas.

Sex Maius, nonas October, Julius et Mars,

Quatuor at reliqui; dabit idus quilibet octo.

Omnes post idus lucem dic esse kalendas,

Nomen sortiri debent a mense sequenti.

## DE VIA FERREA

(Railroad)

Theodore Laboure, O. M. I., M. A.  
San Antonio, Texas

(De Tractu)

Train—Tractus, us, M.  
Passenger train—Tractus Viatorius  
Freight train—Tractus onerarius  
Section—Tractus additicius  
Local train—Tractus vulgaris  
Express—(Tractus) expeditus  
Limited—(Tractus) rapidus  
Incoming train—Tractus adveniens,  
entis, M.  
Outbound train—Tractus discedens,  
entis, M.  
Arrival—Adventus, us, M.  
Departure—Discessus, us, M.  
To arrive—Advenio, ire, i, ventum  
To depart—Abeo, ire, ivi, itum  
(Extendetur)

Notandum: Vocabularies in this series thus far presented are: De Via, De Statione and De Tractu. They will be followed by: De Caterva (crew), De Impedimentis (baggage), De Cietro (engine), De Carro (car), De Variis (miscellaneous).

## LATINE COLLOQUAMUR

DR. N. R.: ST. LOUIS, MO.

I wish you luck. Gratulor tuae felicitati. Who is that fellow gazing at us? Quis est iuvenis qui nos intuetur? What is his name? Illi quod nomen est? I don't know him. Ego illum non cognovi. Let's go! Eamus. Go away! Abi! You're always right! Recte semper sentis! Wait for me a second there! Ibi parumper me opperire! Where are you going? Quo tendis? There. Illac. Down town. Ad forum. All right, I'll go too. Ita, ego quoque te comitabor. So long! Tu valebis!

(Extendetur)

## IUDICIUM CURIOSUM

E. D. Daniels, Ph. D.  
(Brooklyn, N. Y.)

Olim erat ditissima domina quae parvam canem habebat cui nomen erat Regina. Haec matrona ei erat amantissima. Sed, heu, uno die canis surrepta est. Denique reperta est sed alia femina dicebat hanc canem esse suam. Itaque causa ad iudicium allata est. Sapientissimus praetor iudicium tenebat. Magnum spectaculum erat cum virtus in utraque femina esset summa. Praetor controversiam diiudicare non poterat qui, recordans Regem Solomonem, clamitavit: "Canem in iudicium adduc!" Factum est. Regina incurrit maximo gaudio et suam dominam videns in eius gremium insiluit. Deinde ei centum basia dedit. Superbe haec domina circumspiciebat velutsi loqueretur hanc canem suam dominam esse cognoscere.

Deinde Regina desiluit et ad alteram cucurrit atque ei multa basia dedit; deinde omnibus satellibus qui aderant basia dare conata est. Denique in mensam praetoris insiluit et eius faciei multa basia dare conata est qui iratus dixit item diu dicatam esse et hanc Reginam esse cuiuslibet canem.

## EXPLICATIO AENIGMATIS

(In numero Octobri)

| Transversum |           |           |
|-------------|-----------|-----------|
| 1. Ius      | 18. Animi | 35. Edico |
| 4. Ibi      | 20. Adoro | 38. Sto   |
| 7. Urbe     | 22. Meti  | 39. Egi   |
| 8. Sedo     | 23. Eros  | 40. Edo   |
| 10. Aes     | 24. Ades  | 42. Dare  |
| 11. Tam     | 27. Ecce  | 43. Nero  |
| 13. Nos     | 31. Regia | 44. Mei   |
| 15. Repet   | 33. Etiam | 45. Amo   |
| 16. Cum     | 34. Sui   |           |
| Deorsum     |           |           |
| 1. Ira      | 14. Sit   | 29. Cato  |
| 2. Uberi    | 16. Cor   | 30. Emo   |
| 3. Sese     | 17. Mos   | 32. Aegre |
| 4. Iste     | 19. Missi | 33. Eodem |
| 5. Beata    | 21. Decet | 36. Dici  |
| 6. I.D.M.   | 24. Ars   | 37. Cena  |
| 9. Mone     | 25. Deus  | 39. Eam   |
| 12. Iuro    | 26. Egi   | 41. Oro   |
| 13. Nam     | 28. Cis   |           |

## Commentaria de Libris

## GRAMMATICA

Julia Sabine, A. B.  
Newark Library  
Newark, N. J.

Avete, vos qui estis lectores "Auxili Latini." Post dies feriatos, vita nova incipit; tempus studi, tempus legendi, tempus contemplationis. Vobis hos libros offero, cogitatione dignos.

JOHNSON, E. L.—*Latin Words of Common English*. (N. Y. Heath, 1931) Manuale qui est auxilio magistris qui volunt attingere dictum Classicalis Investigationis: "Facultas diligenter comprehendere et accurate uti verbis Anglicis origine Latina."

CONWAY, R. S.—*Makers of Europe* (Cambridge, Harvard University 1931). De vitis quatuor hominum clarissimorum Romanorum-Caesaris, Ciceronis, Horati, Vergili, hic liber scriptus est ab auctore commodo qui auctoritas est.

HENDERSON, R. B.—*Mediterranean Civilization*. (London, Heinemann 1931). Historia brevis culturae Palaestinae, Orientis, Graeciae Romaeque, de diebus originis ad tempora Beati Francisci. Commendata studentibus iuvenilibus et lectoribus vulgaribus.

THOMPSON, J. W.—*Economic and Social History of Europe in the Later Middle Ages*. (N. Y. Century 1931). Haec historia est continuatio voluminis ab eodem auctore—"Historia economica et socialis Mediorum Aevorum." Historiam Anglicam non habet nisi interrelationes Angliae Europaeque. Sunt multi libri de Anglia mediaevali, sed sunt pauci in lingua Anglicae de Europa communi.

Notandum: Under this heading, the Editor commences a series of lessons in Latin grammar illustrated solely by judicious sentences. This is for the benefit of our younger Latin scholars.

## Nominative and Verb

Rex regit; sol lucet; abiit hora.

## Adjective and Substantive

Brevis est voluptas; nimia severitas nocuit; anima immortalis est.

## Accusative after Verb

Ignis aurum probat; aetas omnia fert; Aristoteles Alexandrum docuit.

## Copulative Verbs

Virtus est sua merces; plumbum aurum fiebat; sol est lux mundi.

## Substantives agreeing in Case

Omnes suos liberos obsides dedit.

## Substantives in Genitive

Nulla facies mali aberat; ambitio omnia virtutis praemia possidet.

## Relative Pronoun

Non sum quem putas; fortis est qui se vincit.

## Infinitive Mood

Vincere fuit non dimicare; gloria se qui non appeti debet; nemo se avarum esse intellegit.

## Neuter Adjectives

Quid novi accidit? Minus periculi est. Plus ignominiae erat.

## Partitives and Comparatives

Quis mortalium non peccat? Manuum fortior est dextra.

## Special Adjectives

Musicae peritus est; locuples pecuniae erat; nulla aetas vacua periculo erat; omnium egenus est.

## SUM denoting Possession

Bene dicere est oratoris; magni animi est iniurias despiciere.

## MISEREOR and RECORDOR

Miserere civium tuorum; est dulce meminisse actos labores.

## Ablative Absolute

Imperante Augusto, natus Christus est. Sublata causa, effectus tollitur.

(Extendetur)

## INDEX VERBORUM


\* \* \*

Algidus, a, um — cold  
 Angiportus, us, M. — narrow street  
 Alpinus, a, um — long  
 Amarus, a, um — bitter  
 Basium, i, N. — a kiss  
 Bufo, onis, M. — toad  
 Caespitabundus, a, um — full of grass  
 Clathra, orum, N. — lattice  
 Cuneus, i, M. — a wedge  
 Culex, icis, M. — a gnat  
 Cochlea, ae, F. — a snail  
 Conculco, are, I — to trample over  
 Canis, is, C. — dog  
 Curro, ere, cucurri, cursus — to run  
 Citharizo, I — to play a cithara  
 Cado, ere, cecidi, casus — to fall  
 Caedo-ere-cecidi, caesus — to kill  
 Dis, ditis (adj) — wealthy  
 Egenus, a, um — in need  
 Foras (adv) — out of doors  
 Foris, is, F. — door  
 Fertur (with inf.) — is said  
 Feriatus, a, um — recreational  
 Gremium, i, N. — lap, bosom  
 Insilio, ire, ui, sultum — to leap on  
 Lagena, ae, F. — jar  
 Lignator, oris, M. — woodcutter  
 Merus-a-um — pure  
 Meatus, us, M — passing motion  
 Mercedes, edis, F. — reward, pay  
 Noli (Sing. with inf.) — don't  
 Ovum, i, N. — egg  
 Plumbum, i, N. — lead (metal)  
 Praeco, onis, M. — praiser  
 Polliceor, eri, icitus — promise  
 Peritus, a, um (with gen) — skilled  
 Persicus, i, M. — a nut  
 Quercus, us, F. — oak tree  
 Quilibet, quaelibet, quodlibet - anyone  
 Rana, ae, F. — frog  
 Rudo-ere-divi — to bray  
 Reor, reri, ratus sum — to think  
 Spissus, a, um — dense, thick  
 Sensim (adv) — gradually  
 Spondeo, ere, spopondi, sponsus — to  
 pledge  
 Tropaeum, i, N. — trophy  
 Vulpes, is, F. — a fox  
 Vitupero, are, I — to blame  
 Vulgaris, e — pertaining to people

## SUBSCRIPTION RATES

(Effective from May 1, 1932)

| For each subscriber                                                                    | per year |
|----------------------------------------------------------------------------------------|----------|
| 1 to 5 .....                                                                           | 75c      |
| 6 to 10 .....                                                                          | 60c      |
| 11 to 30 .....                                                                         | 45c      |
| 31 to 60 .....                                                                         | 40c      |
| 61 to 100 .....                                                                        | 35c      |
| 101 to 200 .....                                                                       | 30c      |
| 201 and over .....                                                                     | 25c      |
| A. P. S. L. membership card granted each subscriber, whether single or one of a block. |          |



## A New Book for Beginners

Teaches pupils to read simple, connected Latin prose and to read it as Latin. Functional grammar with abundant repetitive drill. Interesting readings, rich in cultural values. Meets all recommendations of The Classical League and all requirements of The College Entrance Examination Board. More than 250 illustrations.

*Examination copies sent on request  
 with a view to adoption*

**THE JOHN C. WINSTON CO.**  
 Winston Bldg., Philadelphia  
 Chicago Atlanta

It is regrettable that lack of space prevents the publication of one column of advertisements and text book announcements of publishers, which will appear in the December number. Likewise with the listing of the AUXILIA DIVERSA of the A. P. S. L.